

## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

mo mensurat. Calamus autē in sex cubitis et palmo tendit. qz vitz in scriptura facta doctrina pfecte opationis et initiū superne contemplatiōis inuenit. Sin vero porta hoc loco vnusquisqz predicator accipit: limen exteri⁹ in porta est vita actiua. limē vero interi⁹ vita contemplatiua. Per illā quippe ambulat in fide: p hāc vero festinat ad speciem. Illa exteri⁹ ducit vt vn⁹ quisqz bene viuere debeat. ista interiorius pducit vt ex bona vita ad gaudia eterna pertingat. Nec nos hodie tractasse sufficiat. quia enī trāseuntes ad alia: diu p excelsum locuti sum⁹: ea que subiecta sunt lectioni alteri reseruem⁹: repandi per silentiū: sperantes in verbo: qd̄ vult et regnat cū patre in vnitāte spūs sancti. Per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit omelia. XV.

Incipit omelia. XVI. que exponit litterā in capi. XL. ab illa parte. Et mensus est vestibulum porte octo cubitorū. vsqz ad illā partem in eodē capi. Thalami autē sex cubitorū erant hinc inde.

Et cui⁹ erat spēs quasi spēs eris mēsus ē vestibulū porte octo cubitorū. et frontē ei⁹ duob⁹ cubitis.

Ac ne hoc vestibulū extra portā esse crederemus: subditur.

Vestibulū autem porte erat intrinsecus.

Quid ergo p interi⁹ vestibulū nisi eterne vite latitudo signat. que mō inter angustias vite p̄sentis tā spe mēte percipitur. De qua p psalmistā dī. Intrate portas eius in p̄fessione: atria ei⁹ in hymnis p̄fessionū. ps. 99. Et cū enī pctā nostra p labyrinthas cōstitemur: anguste vite portam ingredimur. S; cū post hec ad eternā vitā

ducimur: porte nostre atria in cōfessionū laudib⁹ intram⁹. qz ibi iam angustia nō erit: cū nos leticia eterne solēnitatis assumpserit. Propter cōfessionis nostre angustia veritas dicit. Intrate p angustam portā. Mat. 7. Et cū se psalmista recipere i latitudine gaudia eterna p̄sumperat dicebat. Statuisti in loco spaciofo pedes meos. ps. 30. Ad atriu⁹ ergo p portā tenditur. qz ad latitudinē solēnitatis ptingitur ab angustia cōfessionis. Illa itaqz gaudia que apud dauid atria: apud Ezechielem vestibulū intrinsec⁹ vocatur. Unde et hoc ipsum vestibulū octo cubitis dicitur mensuratū. Ibi enī omēs recipiēdi sunt q̄ nūc in exercitio operis laborāt: et ad eterna gaudia per contēplationis gratiam suspirāt. Nec imerito mēsurā vestibulū octo cubitis ponit. quia septem diebus vniuersum tēpus enoluitur. Eterna etenim dies que expletā septem dierum vicissitudinem sequitur: scilicet octaua ē. Unde etiā psalmista resurrectionis diē considerans. quia de extremi iudicij districtione erat locuturus: premisit titulū: dicens in finez ps. dauid pro octaua. Et enī quā octaua diceret demonstraret: diē illā tremēdi terrores in psalmi inchoatione secutus est dicens. Dñe ne in ira tua arguas me: neqz i furore tuo corripas me. ps. 6. Modo enī quisquis p flagella corripit: et correptionib⁹ emendat in māsuetudine corripitur nō i ira. In districto autē illo examine omnis argutio atqz correptio tra est. qz venia post correptionē nō est. Huius octonarij numeri causa ē qz post sabbatum dñs voluit a morte resurgere. Dies quippe dñs: cuius qui terti⁹ est a morte dñica. a cōditio ne dierū numerat octauus: qz septimū sequit. Unde et ipsa vera redēptoris nostri passio et vera resurrectio: figurauit aliqd̄ de suo corpe in dieb⁹ passionis sue. Sexta enī feria passus est. sabbato quieuit i sepulchro. dñica die surxit a morte. Prebens etenim vita nobis adhuc sexta est feria: qz in doloribus ducit et in angustijs cruciatur. Sed sabbato quasi in sepulchro